

οὐδὲν ἄλλο βλέψουσιν ἢ μοιχαλίδας, i. e. Illi enim convivantes, inquit, una vobiscum, non ex dilectione, aut quod salis, ut ajunt, participant, hoc faciunt, sed ut tempus hoc aptum inveniant deceptioni apud mulieres. Hi enim cum oculos habeant, nihil aliud intuentur, quam adulteras.

*Zachariae*: Sie machen es zu ihrem Hauptvergnügen, am hellen Tage zu schwelgen, und als scheußliche Schandflecken christlicher Gemeinen sind sie alsdenn noch bey euren Liebesmahlen lustig, und schmaulen wieder mit euch.

Locum nostrum, quem, brevitatis ubique studiosus, nolui totum explicare, sic intelligo: *Voluptatem existimant quotidianum luxum, homines turpissimi, qui in Agapis luxuriose vivunt, quando ad epulas vestras conveniunt.*

Haec igitur sunt, quae ad loca illa Petrina explicanda et illustranda habui; quae si VOBIS, VIRI DOCTISSIMI, quos hac in causa iudices sedere decet, non prorsus displiceant, in sinu gaudebo.

Caeterum huius scriptiunculæ Lectores, si qui forte fuerint, humanissime rogo, ut errores hinc inde commisos festinationi condonent, perpendantque, titubare, labi, esse humanum.

Coll. diss. A 187, misc. 18